



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

ma loquitur generaliter, ideoq; de utrifq; intelligendam rebus asserunt, juncta L. 10. & seq: ff. de rei vind: L. 38. ff. de jud: Authen. quia in provincia. C. ubi de Crim. Nec interesse putamus inter singularem vindicationem, & petitionem hæreditatis. Hæc quoq; vel ubi domicilium reus habet, vel ubi bona hæreditaria sunt; instituitur. L. un. C. ubi de hered: L. 26. & 28. ff. de jud: Accurs: ex communi DD. ad dict: L. un.

20. Sed etsi legatum, vel fidei commissum actione in rem petatur, verius est secundum propositam regulam, vel in loco domicilii, vel rei sitæ agi posse. *Vultei.* ad L. un. C. ubi fideicom. pet. oport. n. 15. & 30. Neque urget, si dicas: res mobiles non posse dici sitas propriè, atque ideo ratione rei mobilis, in alieno territorio forum obtineri non posse; quia nusquam jura sic limitant. Non etiam ad rem dices exigi, ut reus in eodem loco reperiatur ad hoc, ut actio in rem institui possit, quia nihil interest utrum in eo loco reperiatur reus, nec ne? ut benè *Azo.* & *Accurs.* in cit. L. ult.

21. Si actio mixta sit, quam quis exercere vult, veluti familiæ erciscundæ, com-

E muni